

Reg. No. :

SY-07

Name :

SECOND YEAR HIGHER SECONDARY EXAMINATION, MARCH 2022

Part – II

Time : 2½ Hours

LATIN

Cool-off time : 15 Minutes

Maximum : 80 Scores

General Instructions to Candidates :

- There is a ‘Cool-off time’ of 15 minutes in addition to the writing time.
- Use cool-off time of read the questions before answering.
- Attempt questions according to the instructions.

PART – I

A. **Respondeas quattuor ex 1 – 6.** **(4 × 1 = 4)**

1. Ad quos scripsiverat epistulam caritatem laudantem Paulus ?
2. Quae erant Orpha et Ruth ?
3. Quis successit Romulo ?
4. Quis dicit “vade, et tu fac similiter” ?
5. Quae est maior ex fide, spe et caritate ?
6. De quo profert significationem sol ?

B. **Respondeas omnibus ex 7-10.** **(4 × 1 = 4)**

Quid singnificant Anglice ?

7. Latro
8. Videlicet
9. Cymbalum
10. Infans

PART – II

A. **Respondeas tribus ex 11 – 15.** **(3 × 2 = 6)**

Redde Latine.

11. We are Indians.
12. He was moved with pity.
13. Charity does not boast.
14. Come all you faithful.
15. Give thanks and serve him.

B. Respondeas duobus ex 16-18. **(2 × 2 = 4)**

Redde Anglice

16. Sanctissima voluntas
 17. Veniam da culpis meis
 18. Oro torquear arte tua

PART – III

A. Respondeas tribus ex 19 – 23. **(3 × 4 = 12)**

19. Scribe verbum dissimile.

- (a) Samaritanus, Stabularius, Levita, Vinum
 (b) Quibus, Cuius, Quam, Deus
 (c) Mater, Pater, Soror, Luna
 (d) En, Maritus, Socrus, Nurus

20. Scribe verba Latina quibus derivantur verba haec Anglica.

- (a) His **annual** income is ten lakhs.
 (b) We love the **amateur** films.
 (c) They **distribute** the food to the needy.
 (d) The Chief minister sits in the **auditorium**.

21. Delige titulum aptum

(a) laudate et benedicite dominum meus	
(b) Romulus septem et triginta regnavit annos	
(c) Beati illi, qui ea sustinebunt in pace, quia a te, Altissime, coronabuntur	
(d) Venite adoremus Dominum	

22. Declina.

Nominativus	Foenum
Genitivus	
Dativus	
Accusativus	
Ablativus	

23. Declina.

Nominativus	Caritas
Genitivus	
Dativus	
Accusativus	
Ablativus	

B. Respondeas una ex 24 – 25. **(1 × 4 = 4)**

Conjuga in praesens

24. Amare
25. Velle

PART – IV

A. Respondeas tribus ex 26 – 29. **(3 × 6 = 18)**

Redde Anglice.

26. Et surrexit, ut in patriam pergeret cum utraque nuru sua de regione Moabitide; audierat enim quod respexit Dominus populum suum et dedisset eis escas. Egressa est itaque de loco peregrinationis suae cum utraque nuru et, iam in via posita revertendi in terram ludae, dixit ad eas: “Ite in domum matris vestrae; faciat Dominus vobiscum misericordiam, sicut fecistis cum mortuis et mecum; det vobis invenire requiem in domibus virorum, quos sortiturae estis.” Et osculata est eas. Quae elevata voce flere coeperunt et dicere: “Tecum pergemus ad populum tuum.”
27. Non ego namque mea haerentia sorte repugno
Aut memorem esse piget,
Intersit mediae tantum indulgentia poenae
Quam que subire jubes
Sit tua crux ; tecum, quod sum torquendus, et oro
Torquear arte tua.
Sed miserere tuis tam multis millibus Indis,
Iam miserere tuis,
Quam que rogare alium properant peccantque salutem
Da Deus interea.
28. Laudatus sis, mi Domine, cum universa creatura tua, principaliter cum domino fratre sole, qui est dies, et illumines nos per ipsum. Et ipse est pulcher et irradians magno splendore; de te, Altissime, profert significationem. Laudatus sis, mi Domine, propter sororem lunam et stellas, quas in caelo creasti claras et pretiosas et bellas. Laudatus sis, mi Dimine, propter fratrem ventum et propter aerem et nubes et serenitatem et omne tempus, per quod das tuis creaturis alimentum. Laudatus sis, mi Domine, propter sororem aquam, quae est perutilis et humilis et pretiosa et casta.
29. Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habeam factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens. et si habuero prophetiam et noverim mysteria omnia et omnem scientiam et habuero omnem fidem ita ut montes transferam caritatem autem non habuero nihil sum. et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et si tradidero corpus meum ut ardeam caritatem autem non habuero nihil mihi prodest.

B. Respondeas duobus ex 30 – 32.**(2 × 6 = 12)*****Redde Anglice***

30. “Noli instare mihi, ut relinquam te et abeam; quocumque perrexeris, pergam; ubi morata fueris, et ego pariter morabor; populus tuus populus meus et Deus tuus Deus meus. Quae te morientem terra susceperebit, in ea moriar ibique locum accipiam sepulturae. Haec mihi faciat Dominus et haec addat, si non sola mors me et te separaverit.” Videns ergo Noemi quod obstinato Ruth animo decrevisset secum pergere, adversari noluit nec ultra ad suos redditum persuadere. Profectaeque sunt simul et venerunt in Bethlehem quando hordea metere incipiebant. Quibus urbem ingressis, tota urbs commota est super eas; dicebantque mulieres : “Haec est illa Noemil!”.
31. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum; et videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum et vinum: et imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, et curam ejus egit. Et altera die protulit duos denarios, et dedit stabulario, et ait: Curam illius habe: et quocumque supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones ? At ille dixit : Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: Vade, et tu fac similiter.
32. Stella duce, Magi Christum adorantes
Aurum, tus, et myrrham dant munera.
Iesu infanti Corda praebeamus; Venite adoremus, Dominum.

Pro nobis egenum et foeno cubantem,
Piis foveamus amplexibus.
Sic nos amantem quis non redamaret ?
Venite adoremus, Dominum.

PART – V**Respondeas duabus ex 33 – 35.****(2 × 8 = 16)*****Scribe Anglice brevem dissertationem de sequentibus***

33. Prex pro India et Franciscus in Xaverio.
34. Samaritanus Bonus
35. Noemi
-